



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 5.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

**D**ost quem XL. MARTIANVS à militibus & ab exercitu, instante etiam Pulcheria sorore Theodosij, regina, efficitur & ipse sublimatur in regno, eaque Valentinianus in r conjugium assumpsit. Valentinianus & mater Placidia moriuntur Romæ. In Gallia terræ motu factò, tertia feria post Solis occalum ab Aquilone plaga è cælo ruens quasi ignis & sanguis efficitur.

Caput 4.

r corrig. confortium, imperii scilicet.

**G**ens Hunorum n pace rupta in Gallias irruit, quos cum Aëtius Patricius venientes comperisset, sanctum Anianum Aurelianensem Episcopum ad Theodorum regem Gothorum in legationem dirigit, petens auxiliare contra Hunos subsidium: & si superaret, mediam partem Galliæ Gothis daret. Cùm à Theodoro rege huius petitioni annuente auxilium fuisset promissum, Aëtius legatos mittens ad Attilā regem Hunorum, obuiā petens auxilium contra Gothos, qui Gallias putabantur inuadere: si prævalerent Huni contra Gothos, medietatem Galliæ ab Aëtio perciperent. Attila Rex cum Hunis festinans & parcens ciuitatibus Germaniæ & Galliæ, contra Gothos super Ligerim fluuium, non procul ab Aurelianis configit certamine. Cæsa sunt Gothorum ducenta millia. Theodorus rex hoc occubuit prælio. Cæsa sunt Hunorum centum quinquaginta millia. Ciuitas Aurelianis orationibus Beatissimi Aniani liberata est. Huni repedantes Trecaßis in Mauriacensi confederunt Campania. Thorisimodus filius Theodori, qui ei successit in regnum, collecto Gothorum exercitu, patrem vlcisci desiderans, cum Attila & Hunis Mauriaco configit certamine, ibiq; tres dies vtræq; phalanges inuicem præliantes: & innumerable multitudo gentis occubuit. Aëtius cum esset strenuissimis consilijs, per noctem ad Attilam veniens, dixit ad

Caput 5.

Mmm 3 cum,



cum, optabilem duxeram, vt tua virtute regionem hanc  
 à perfidis Gothis potuiffem eripere; sed nullatenus fieri  
 potest: cum vsque nunc cum minimis pugnatori-  
 bus praelias, hac nocte Theodericus germanus Thorfi-  
 modi cum nimia multitudine & fortissimis Gothoru  
 pugnatoribus aduenit: hæc non sustines. atq; vtinam eua-  
 dere possis. Tunc Attila dedit Aëtio decem milia soldo-  
 rum, vt per suum ingenium Pannoniam repedaret. Ipsaq;  
 nocte Aëtius ad Thorfimodum pertexit, dicenq; ei cau-  
 sam consimilem: quod apud viles Hunorum pugnatores  
 vsq; nunc pugnaerit; nam maxima multitudo & fortissimi  
 pugnatores à Pannonijs ipsa nocte ad Attilam venerat, &  
 audissent fratrem suum Theodericum maures Gothorum  
 occupasse, regnumq; velle arripere: nisi festinus ad resi-  
 dendum pergeret, periculum adeo grande haberet. Acce-  
 ptis idemq; Aëtius à Thorfimodo x. milibus, vt suo inge-  
 nio à persecutione Hunorum liberati Gothi ad sedes pro-  
 prias remearent. Protinus abierunt. Aëtius vero cum suis  
 etiam Francos secum habens, post tergum duxerat Huno-  
 rum quousq; Toringia à longe profectus est; præcepitq;  
 suis, vt vnusquisq; nocte vbi manebat, decem spatium focos  
 facerent, vt immensam multitudinem simularēt. Quie-  
 uit hoc praelium Aëtij consilio Gallia ab aduersarijs libe-  
 ratur. Postea cum à Thorfimodo regi & Gothis hæc fa-  
 ctio perlata fuisset, requirente promissionem Aëtij implē-  
 dam; & ille renueret, per pacis iura orbiculum aureum gē-  
 mis ornatum, pensans libras quingentas, ab Aëtio com-  
 positionis causa transmittitur Thorfimodo: & hæc iurgia  
 quieuerunt: quæ species deuotissimè vsq; in hodiernum  
 diem Gothorum thesaurus pro ornatu veneratur & re-  
 netur.

f. a. Toringia.

r. a. Gothis.

Anno



Anno tertio Principis Martiani Huni in Icaliam ir- ual. secundo.  
ruunt, eamque deprædantur aliquantis ciuitatibus direp-  
tis, diuinitus partim fame, partim morbo, partim plagis  
cœlestibus finiuntur, iussu Martiani ab Aëtio duce cæ-  
duntur, in sedes suas coacti reuertuntur: & mox Atila mo-  
ritur. Thorisimodus Rex Gothorum à Theudorico & Fri-  
derico fratribus interficitur. Cui Theudoricus succes-  
sit in regno.

Tertio regni anno Principis Martiani regina moritur  
Pulcheria. Aëtius Dux & patritius fraudulenter Valen-  
tiniani Imperatoris manu propria occiditur.

Septimo regni anno Princeps Martianus per duos bar-  
baros familiares Valentiniani occiditur. Post quem mox  
Maximianus ex consulibus, xli. Romæ Augustus ap-  
pellatur. Qui cum Imperator factus relictam Valentinia-  
ni sibi duxit uxorem. Maximianus quarto regni sui y mē-  
se vrbe Romæ tumultu militari occiditur.

xlij Maioria-  
num vocant.  
y corrige: an-  
si de Maioria-  
no intelligas.  
scio à quibusdā  
hic ponit  
Maximum ty-  
rannum qui  
post duos mē-  
ses peremptus  
de quo forte  
noster.

In ipso anno Auitus Gallus ab exercitu Gallicano, pri-  
mo Tolosæ, dehinc apud Arelatum Augustus appellatus  
Romam pergit.

**R**omanorum xli. Marcianus quarto iam regni  
sui ann. obtenta monarchia per Auitum Gallum,  
qui à Romanis euocatus & susceptus fuerat im-  
perator. Legati à Marciano pro unanimitate mittuntur  
imperij Gaisericus sollicitatus relictam Valentiniani & ma-  
lam famam dispergit, priusquam Auitus Augustus fieret  
Romā ingreditur, ditatusq; opibus Romanorū Carthagi-  
nem redit, relictam Valentiniani & filias duas & Aëtij fi-  
lium Gaudentium secum ducens. Syveui Carthaginens.  
regio.

Caput 6.

zm. s. animic-  
tate.  
aal. malum sag-  
me.